Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



166

describit hystoria·ita dicens. Et ingressa regina saba ierlm.
cū multo comitatu et diuitiis. cū camelis portantibus aro
mata et aurū infinitū nimis. et gemmas pciosas uenit
ad salemonē. et locuta ē ei uniuersa quę habebat incor
de suo. Ergo in figura regine huius ecclā uenit ex gen
tibus et a finibus terre imponens finē cupiditatibus suis
uiciisq; terrenis. audire sapientiā salemonis. idest uera pa
cifici dñi nri ihu xpi. qui fecit utraq; unum. soluens ini
micicias int dm et hominē in carne sua. Venit post ue
teres et pfanas supstitiones audire et discere de fidei
illuminatione. et iudicio futuro de animę immortalita
te. de spe resurrectionis. et glā. Venit ergo interlm cum
multo comitatu. idest non iam cū una tantū gente iude
orū sicut prius synagoga solos habuit hebreos. sed cū to
tius mundi gentibus diuersisq; nationibus. Venit ergo
exhibens munera digna xpo aurū et gemmas pciosas. et
camelis portantibus idest ex gentili ppto uenientibus qui
prius fuerant uiciorū fęditate distorti et malorū one
ribus curui ac peccatorū prauitate deformes. Cum his
tanquā muneribus regina hęc ingreditur ad pacificū
regem xpm. exhibens secū fidei aurū. puritatis incen
sum. pciosumq; splendorē gemmarū. morū scilicet in
signia ornamentaq; uirtutū. Et locuta ē ei uniuersa
quę habebat in corde suo. idē aperuit ei cor suū. ma
nifestauit ei occulta conscientię suę in confessione
et penitentia pcedentiū delictorum. Videamus quid
agat hęc regina. Videns inquit regina saba omnē